tate peccet aliquantumque a recto admonendus fuerit, unde
etiam ideoque tanto nos ipsos beneficio utroque pri-
vabimus, et infirmiorum conscientias perturba-
bimus? Verum, inquietis, ut non inquinemur ve-
strum peccato, saltem non favere eorum errorem,
si videbimur. Imo vero ne hoc quidem satis recte di-
citur. Quid enim absurdius est, quam cum nemo sa-
ne tanquam alicui vitii fautorem, qui ut fra-
trem tractet, ejusque infirmitatem toleret? Tibi, non
frangitur panis, sed integer datur, tibi non os, non
in manus porrigitur, nulla tamen vel superstiti-
one, vel impietate probabili, laudari saltem id
nec potest, nec debet: at tu certe id peccatum non
committis, quod in te potius committitur. Condemna
igitur apud te, atque etiam, prout sese occasio dabit,
et reprehende id quod in te deliquit, infirmum
fratrem, et commodam quaerito aedificandi illius
rationem. Interim fideliter cave, ne quasi de Chri-
stianismi summa agatur, offensior esse studeas, et prae-
postera tua severitate illum perdas, illum quem
destruas, et ipsum adeo coena illo beneficio
prives. Etsi enim non fractus, sed integer, non in
manus, sed in os tibi panis ille non recte datur,
panis ille tamen, qui ut tibi datur rem ipsam qua
non satis recte datur: Christi corpus est, et vi-
num quod oblatum refugis, Christi sanguis est,
sacramentaliter videlicet, ut jam duplicis pecca-
ti, nempe et contristati infirmi fratris, et ne-
glecti tanti boni crimine tenearis. Die 13.
Januarij 1578.

Theodorus Beza Vezelius.

Lollio Adamo Duisburgi.

Pax Christi.

Epistola, quam ad me Lolli suavissime dedisti,
plena est non solum officii, sed etiam eruditi-

203)
[= Arcr. a. 7: Nr. 221]

omis. Dolebat autem non nihil, quod tam multis verbis
id à me contenderes, quod à me ipso tibi tali viro, ultro
oblatum oportuisset. Quid est n. quod in hoc labore li-
terario accidere mihi possit gratius, quam eos nancisci
collegas, qui et naturam bonam habent, et perele-
gantem doctrinam, illam quidem, ut velint eam ampli-
ficare provectos scholasticos. Tum autem ut possint.
Itaque grata mihi semper fuit tui memoria. Ut pri-
mum tuas egregias dotes Dn. Augustinus Legrand
hic domi meae coenans praedicavit. Ac deinde mul-
to etiam gratior, postquam qualis esses cognovi
ex Soceri literis, qui vir, omni genere actium hu-
manitatis ad unguem perpolitus, doctrinae laudes ut
intuetur aequis: ita etiam multa exacte explo-
rat et judicat. Postremò jam haec tua perfectissima episto-
la, ut apud me ad commendationem nihil possit ac-
cedere. Satis jam mihi, et quidem in optimam par-
tem cognitus est Lollij Mania. Neque quidquam est
quod malim, quam ostendi mihi occasionem, qua pa-
riter et tuis rebus et nostrae juventuti possim quam
optimè consulere. Sed vides, mi frater, cujusmodi
sint nostra haec tempora, quibus omnia versan-
tur sursum deorsum, omnia Martis furor, et ex-
tera barbaries occuparit. Nihil est quietum loci re-
lictum, nulla virtutis ratio ducitur, nedum doctri-
nae stet honos, et gratia vivax. Liberalitatem be-
ne informata ingenia, et exercere et experiri vo-
lunt, perquam exigua hic sunt proposita Magi-
stris artium praemia, Daleri fortasse quinqua-
ginta, qui certè ad annuum victum non sunt
satis, crescentibus semper rerum preciis. Equidem
copiosè et liberaliter aetatem hic ago ex convictu
et contubernio studiosorum juvenum, quos mihi
semper adjunxit Dei benignitas et providentia:
at si mihi ex emolumentis scholasticis fuerit

esset sumptus, vix ad victum necessariis impensis
sufficere possem. Maritimos mores habent vicinae
maritimis fluviisque civitates, quae disciplinam suam et
artem nauticam in portandis frumentis et piscibus
pluris aestimant quam septem artes liberales et
ingentes literarum cumulos cum toto Musarum
choro. Et quamvis purioris doctrinae vocibus undique
eis nostra circumsonent: non desunt tamen quibus
sermone vita, charior sit pecunia aut lagena, ut
quam difficile sit servire imperitae laborantibus inedia,
[illegible] tam ingratis iniquorum animis non mi-
nui nec debilitavi. Sed tamen annona [illegible] quae
Duisburgi multo parabilior est, ut sit tibi ad stipen-
dium scholare aliquis non magnus accessus [illegible] addi-
tur muneris accedat: non [illegible] ea inquirere,
quae sunt ad liberaliter vivendum necessaria, praesen-
tim tibi [illegible] quae pro-
missionem habet vitae praesentis et futurae. Si qua
igitur spem bonam haec aetas proxima nobis fece-
rit, non desinam precari, faciamque te continuo
certiorem. Vale. Die 5. Januarij 1575.

Amplissimo Consuli [illegible] Havemanno 204)
et Venerandis Collegis.

Clarissime prudentissimeque D. Consul. Verum promissi- [= Merc. a. 7:
onum fiducia, quae mihi majori [illegible] excellen- No. 222]
tia data sunt, non verebor memorem [illegible] quod aequissimae
mere. Ego omni studio, diligentia et fide versatus
sum hactenus in mea scholari vocatione, quam mihi
venerandus senatus per scholarchas imposuit, et fide-
liter exequi [illegible]. Quod scholae [illegible] ulla pars
officii, aut [illegible] depravata est, aut per m[e]
[illegible] testes, tum
[illegible] grandiores discipuli, tum etiam collegae et mi-
nistri: Quaerite [illegible] et cognoscite: Nisi simpli-
cis et assidui moderatoris officia laboriose et libe-
raliter perfunctus sum; Non unquam gravis ere